Maria dei gratia / Regina Aragonum / Sicilie citra et ultra farum / Valentie / Hierusalem / Hungarie / Ma
ioricarum / Sardinie et Corsice / Comitissa Barchinone / Ducissa Athenarum et Neopatrie / ac etiam Comitissa Ros
silionis et Ceritanie / Locumtenens generalis serenissimi domini Regis viri et domini nostri carissimi. Dilectis et
fidelibus gerentivices Gubernatoris in Cathalonie Principatu / Vicario Gerunde et Bisulduni / ac
Baiulo et Judici / Subvicario et Subbaiulo / Civitatis Gerunde / ceterisque universis et singulis officialibus
dicti domini Regis et nostris ad quem seu quos spectet / et eorum locatenentibus / Salutem et dilectionem. Exhibita et
ostensa fuit maiestati nostre autentice / per fidelem nostrum Johannem Cavallezia Sindicum universitatis Civi
tatis Gerunde / sententia quedam super solutione operum murorum Civitatis eiusdem / die septima
Septembris Anno a nativitate domini Millesimo CCCC° Quadragesimo secundo lata / per dilectum et fide
les nostros Dalmacium de Raset decretorum doctorem Archidiaconum maiorem in ecclesia Gerunden per
Episcopum et Capitulum dicte ecclesie Gerunden / Petrum Cestala et Bernardum de Vilarnau procuratores
dicte Civitatis / et Petrum Corones prochie de Montfullia per homines Vicarie et Baiulie
Gerunde foraneos electos / per quam sententiam quantum a quolibet Civium et foraneorum hominum
dictarum Vicarie et Baiulie Gerunde pro dictis operibus murorum solvendum sit / liquidatum et taxatum est /
Et quia ut fertur nonnulli dictorum foraneorum solvere differunt et recusant / quod iuxta dictam sententiam pro
dictis operibus murorum solvere habent et tenentur / In rei publice dicte Civitatis preiudicium et iacturam /
Ad humilem supplicationem per dictum Sindicum propterea nobis factam vobis et vestrum cuilibet dicimus et mandamus
consulte et de certa scientia / sub incursu Regie indignationis et ire / penaque duorum Mille florenorum
auri / quatenus visis presentibus dictos foraneos et alios solvere differentes seu recusantes quantitates
eos iuxta dictam sententiam solvere contingentes / quibus decet portoriis remediis compellatis et distri
gatis / ad solvendum omnes eas pecunias / quas iuxta dictam sententiam in et pro dictis operibus murorum solve
tenentur / procedendo in his executive prout negocii qualitas exigit / maliciis / diffugiis / exceptionibus /
dilationibus / appellationibus / recursibus / consultatione / et aliis quibusvis que solutionem huiusmodi
differre seu aufferre possent penitus exclusis. Et si qui forte dictorum debitorum / bonorum occultatione
vel inopia se tuerentur / cum muri pro quorum operibus dicte quantitates debentur sint nonmodo ad bonorum
sed personarum etiam et tocius rei publice tuitionem et conservationem / occurrentibus casibus / propterea debita
ipsa ubi bona non reperiantur per captionem et detentionem personarum debitorum / que non solvendo fuerint
exsolvi faciatis. Hocque non mutetis seu facere differatis / si penam predictam cupitis evitare. Datum per
pinyani die Quinta Junii Anno a Nativitate Domini Millesimo Qua
dringentesimo Quinquagesimo. Pages vicecancellarius

S. In rei locumtenentis exp̄sit°

Vidit x missa

548

Bartholomeu[illegible]

[illegible]

1450.
fortificacion

[illegible]

Exequtoria dla sña arbitral
sobre lo fer d' fer obras los
murs